



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Opera Mystica V. Ac Mystici Doctoris F. Ioannis A Crvce
Primi Religiosi Discalceati Ordinis B. V. M. De Monte
Carmelo Et Seraphicæ Virginis Theresiæ fidelissimi
coadiutoris**

Juan <de la Cruz>

Coloniæ Agrippinæ, 1639

Elogivm I. Sanctæ Virginis & Matris nostræ Theresiæ, decerptum ex
Epistola, quam scripsit V. M. Annæ de Iesu Priorissæ Conuentus oppidi
Veas, cum illa expostulanti, de penuria Directoris spiritualis ...

urn:nbn:de:hbz:466:1-37873

ELOGIVM I.

Sanctæ Virginis & Matris nostræ Theresiæ, decerptum ex Epistola, quam scripsit V. M. Anna de Iesu Priorissæ Conuentus oppidi Veas, cum illa exoptulanti, de penuria Directoris spiritualis cui anima sua sinus aperiret.

Aceta mihi fait Filia, querimonia tua, videns quam immerito conquereris, quandoquidem inibi habes meum P. Fr. Ioannem à Cruce, hominem plane cœlestem, atque diuinum. Equidem dico tibi Filia mea, quod post eius abhinc ad vos discessum, neminem illi similem reperi in toto Regno Castellæ, qui tantum animabus feruorem addat in via cœlesti. Vix credi potest, quam ob illius absentiam solitudinem patiar. Animaduertite magnum vos ibi habere thesaurum in isto S. Viro. Omnes istius Monasterij Moniales agant, & cum ipso animarum suarum negotia conferant, & sic liquido cernent quantum profectum in spiritu, & perfectione inde accipient. Contulit quippe illi Dominus ad dirigendas animas, donum & gratiam singularem. Eadem adhuc viuens, dicere solebat P. Fr. Ioannem à Cruce annumerandum esse inter puriores, & sanctitate eminentiores animas, quas Deus haberet in Ecclesia sua, cuique ipsius D. Maiestas ingentes lucis, & cœlestis sapientie thesauros infudisset. *Gratias in super agens Deo, quod tandem intra propria Religionis latus reperisset, quod foris non inuenerat, lapidè dicere consueuerat.* Hinc, inde lumen inquirendo discuro, & ecce in meo paruulo Seneca totum simul reperio. *Sic enim illum compellat, propter eximia sapientia thesaurum reconditum corpore tam exiguo*

ELOGIVM II.

Relatum ab Eminentissimis DD. Cardinalibus de Torretz, & Ioanne Baptista Detti sacra Rituum congregationi, in literis remissorialibus concessis in ordine ad Canonizationem Venerab. P. F. Ioannis à Cruce &c.

Libros de Mystica Theologia (qui per diuersa Regna circumferuntur scripti) cœlesti eruditione fœcundos, sublimi adeo, & admirabili stylo conscripsit; vt talem scientiam diuinitus reuelatam esse, non humano
††† acqui-

B.
Ioannis
à Cruce

Opera
Mystica

NVI

129